

tur in hac nostra constitutione cum fide, tamen volumus, quod per ipsum collegiam, de vita et moribus et aliis ad admissionem collegialis pertinenteribus, equalis inquisitio fiat: et legitima probatio tam de rebus parentum, quam de redditibus patrimonialibus et beneficialibus, prout in feius quinto statuto prius disposito et ordinato ad plenum continetur, per collegam missum pergit.

### De ueste collegialium:

c. Quartum statutum. vestitiu[m] collegialium prouidentes, quod cu[m] collegiali et cappellano, chalendis Januarij, cum electio Rectoris sit, per singulos annos datur vestis, que vulgo opera dicitur, cum insignijs, nisi aliqua legitima causa ipsius privatus existat. dummodo, extra officia ab arcta pecunia ad emendas vestes, remanent quatuorcenti ducati. sed si pecunia praedicta deficerit, dabuntur interea postq[ue] annus cum dimidio fuerit transactus: ita quod quilibet collegialis, aut cappellanus, per totum tempus in quo ius ad collegium habeat, quatuor tantum vestes cum suis insignijs a collegio recipiat: dummodo vestis, quam collegiali aut cappellanus in principio sui ingressus propriis impensis empturus est, duret per annum cum dimidio. sed si collegia inopia pecuniarum laborauerit, Rector de eis prouideat, in tempore quo nullum grauamen collegio patienti possint dari. nam nollimus rem collegij in minimo defraudari, in quo conscientiam ipsius Rectoris et consiliariorum oneramus. erunt ipse restes in moderata longitudine, et latitudine, prout honestatem collegialium decet.

### De tempore collegialium in collegio:

et ex tollerantia orationis & ministri?

c. Quintum statutum. quia ad honorem collegij atque eius non paucam utilitatem scimus maxime conducere, ordinamus et statuimus, ut postq[ue] aliquis ad gradum licentiatu[s] aut magisterij, seu doctoratus peruenierit, possit per totum tempus in residuum sui ollonarij in collegio permanere, volumus etiam, quod quilibet collegialis habeat deliciencia in quolibet anno quatuor menses se a collegio absentandi, quibus in patria aut alio loco, res suas solicitare, aut parentes visitare, intra. p[ro]f[ess]oribus quos quatuor menses teneatur in collegio adesse: quis non affuerit, fiat quod id minus fundator fieri praecepit in constitutione trigesima prima, qua licetiam.

28

Rectori et consiliariis et capellani concedimus adiuvantes quod si canta fuc-  
nit inopia et sterilitas temporis quod redditus et prouentus collegij in tatum  
(quod absit) extinuari contingat ut ea que dominus fundator in constituta-  
tione sexagesima octaua fieri præcipit exequantur tunc si aliquis collegialis  
se libenter à collegio absentari voluerit possit a collegio discedere quousq; col-  
legium ad pinguorem fortunam venerit nec tempus illud in suo octonario  
computetur quod si sufficiens iam domo illi qui se libenter à collegio se vo-  
luerint absentari licentia Rectoris et consiliariorum prius petita et obtenta.  
per Rectorem et consiliarios ut ad collegium reddeant conuocentur intra  
triginta dies adie quo suamodi conuocatio nota fuerit venire teneantur  
Si autem contingat ipsos non posse intra hos triginta dies in collegio compa-  
nere teneantur Rectorem et consiliarios Smoi detiniones certiores facere.  
qui sibi quatuor mentium quibus quolibet anno se possint absentare licentiaz  
labunt qui quatuor menses in suo octonario computentur et si intra hos qua-  
tuor menses collegio non affuerint subiacent penis quas dominus fundator  
in constitutione trigesima prima assiperat proseruato ordine in eadem consti-  
tutione adnō fundatore taxato. Volumus similiter quod volentibus ad hoc col-  
legium se opponere non obstat si facultas parentum sumam mille ducatorum  
non amplius attingerit præcipimus etiam quod si aliquis collega aliquem famu-  
lum habuerit minime propter hoc subtrahatur ei quecūq; prouisiones pecuniariz  
aut alia sibi debite.

¶. A suis collegialium quafr et quatius.

Sextum statutum quia studium literarum intercedent laborissime est et viribus  
et labore tam corporis quam animi egit juxta portionem ordinariam statuimus  
quod in principio prandii et canæ et similiter in fine fructus dentur carnes vero  
aut pices pro tota die dentur in ea quantitate cui media macellaria carnium dre-  
tinorum equiualeat et valorem ipsius nullo modo excedant hæc portio solum du-  
plicetur in prandio s. paschatis Resurrectionis et Pentecostes et in festo dedicatio-  
nis capella collegij et in die qua principium studij celebratur et prima die Janua-  
rii cum sic noui Rectoris electio in festo tamen nativitatis Redemptoris nostri'

et in die dominico ante carnis priuium diuisio fiat intra duos vnuis galli-  
ne solummodo in prandio intertia autem feria eiusdem ebdomadae canez  
gallinarum diuisio fiat tam in prandio quam in cena.

### Decelebratione diuinorum officiorum.

**S**eptimum statutum, quia decet viros scolasticos ab omni cura literarum studio  
impedienti liberos esse, iuxta hoc prouidere volentes, statuimus et ordinamus, quod,  
collegiales aut capellani nullo modo teneantur dicere horas vespertinas, nec ma-  
tutinas, nec aliquod officium etiam in ebdomada sancta propter matutinas primo-  
rum dierum, s. nativitatis domini, Resurrectionis, Pentecostes, et die fasti corporis Christi.  
Assumptionis. Beatae Mariae virginis, nec tamen rei sacrae deuotio omnino depereat,  
et animabus fundatoris et suorum benefactorum impune depereat defraudentur. Pra-  
cipimus et ultra quinq<sup>ua</sup> anniversaria, que a domino fundatore cantare iubentur, et ultra  
anniversarium omnium fidelium defunctorum loco horarum vespertinarum, et  
matutinarum ab omnibus contentur deuote in quolibet anno tempore. s. vocationis  
tria anniversaria pro animabus fundatoris, et benefactorum suorum, et tunc qui-  
libet collegialis, et capellanus teneatur dicere deuote pro eisdem animabus horas  
defunctorum. Volumus etiam, quod tres missae horarum trium anniversariorum non  
sint a numero duarum, quae quotidiē dicuntur quas tres missas capellani aut col-  
legiales sacerdotes cantare teneantur, prout Rectori visum fuerit. missas vero om-  
nes quae in fastis apopulo obseruatis a domino fundatore cantare præcipiuntur, recitan-  
tur intono diei, precipimus præter festa domini nostri et dominice nostræ, quae arbitrio Rectoris re-  
linquimus in diebus apopulo minime obseruatis, omnes quae a domino fundatore missae  
jubentur cantare, recitentur deinceps prima missa cuiilibet sabbati quae a domina nostra  
intono semper dicatur et missa dedicationis capella collegij quae cum horis matutinis  
et vespertinis cantando celebretur.

### De prædicatione ad uocatione et exempt<sup>ne</sup>.

**O**ltavum statutum, <sup>a labore et ingressu sine sorio et pradio foris.</sup> quia scolasticis sacræ theologie operam indulgentibus utili-  
bini et minum in modum salutare est non numq<sup>ue</sup> verum Dei prædicare. Volumus et  
statuimus quod tam collegialibus quam capellanis sit permisum in qualibet ecclesia  
toties quoties Rector et consiliarij viderint expedire prædicare et in hac re sumopere

Suntamur Rectorum et consiliarios ut maxime circunsificant ne nocumentuz aliquod extali prædicatione iuxta principalius studium collegialis reportetur cum refraint ipsam licentiam prebere nam ut multis experti sumus appetitus prædicandi sepe studium theologicum retardauit quod in conscientia Rectoris et consiliariorum cautius prouidendum et dicernendum relinquimus iuristi ea ratione ad aduocandum licentiam concedimus seruatis tamen seruandis uti juxta prædicationem theologorum seruandum esse disponimus s' ut studium detrimentum non patiatur. Volumus preterea quod huius collegij collegiales tam theologi quam canonistæ exceptis quatuor capellaniis qui necessario presbiteri esse tenentur tempore sue receptionis aliquo juramento non astrinxantur quo substitutu clericali ordinis sancti Petri aut cuiusvis alterius approbatæ religionis permanere teneantur et illos qui secundum tenorem constitutionis 17. domini fundatoris iurauerint se in ordine sancti Petri seu alteri approbatæ religionis permanere dicto juramento absoluimus et tenore presentium relaxamus. Volumus etiam quod ad prædicandum nullus addire solus sed bene duntaxat equitando solum nullo comittante sotto ire permittimus et si forte abeo loco in quo sermonem habuit siue causa negotij siue gratia deambulandi ad aliquem locum tenderit pro prima vice recomperta Rectori et consiliarijs portione unius mensis sit protinus priuatus. prosecunda vice trium mensium protertia sex mensum et sic crecente contumacia semper duplicetur pena prorsus negamus licentiam prandendi aut cenandi extra collegium cuiusvis qui solus ut dictum est discesserit ad prædicandum sinonsit in monasterio virorum religiosorum et si quis secus fecerit incident in penas in hac constitutione positas.

### De ludo et pulsatione citharae et alijs:

Nonum statutum. Volumus et statuimus quod tempore opportuno ubi studiū nullum impedimentum subsequatur liceat cuiusvis decollégio ludere his viadictis ludis quamnullam in honestatem praefferunt quod circumspiciendum Rectori et consiliarijs et eorum conscientias sonerantes relinquimus et pulsatione instrumentorum parvissimenter uti permittimus licet Rector maxime attendat quando deciat collegiales uti tam ludo quam instrumentorum pulsatione.

et si quis in honeste aut negligenter se habuerit in his possit Rector cum consilia  
 ris cum grauiter punire praemissa tamen benigna monitione et in ipsum sic de-  
 linquuntur reprehensionem nolumus propter tales pulsationes aliquem in-  
 pena periurij incidere nullus etiam incidat in perjurium si ad mensam singularez  
 escam portauerit quod si absq; licentia Rectoris qua sine causa legitima concedi no-  
 debeat alicui afferre tales escam aliquis prasumperit prima vice portione trium  
 dierum pro secunda sex dierum protertia quindecim dierum priuatus existat et sic  
 crescente contumacia crescat pena persingularem autem escam intelligimus aut  
 frustum aut quodlibet aliud quod prater communem portionem in refectorio porten-  
 tur. Simili modo nolumus aliquem in panam periurij aut exois incurresi in  
 via nominalium lectionem aliquam legere contingat ab eisdem penis audientis si  
 forsitan aliqui fuerint etiam excludimus nullus etiam sit pecurus si in bibliotheca  
 sine licentia Rectoris aut bibliothecarij aliquem intromiserit et noctu causa studij  
 quiuis de collegio cancellarii possit secum afferre Rector etiam et vice rector in per-  
 jurium aut excoem non incidat simulam aut alium iumentum ultra spatum  
 viius bore intra collegium aut ipsius ambitum detinere permisserit neq; aliquis sex  
 mensum portione priuatus existat simulam aut ipsum iumentum detinuerit sed  
 si aliquod detrimentum extali detentione subsecutum fuerit impensis ipsius detinen-  
 tis resartiat. Nolumus similiter quod Rector incidat in perjurium si ultra vi-  
 ginti horas retinuerit sumam centum dipondiorum quam sumam aut ea maiore  
 poterit solus Rector ab economo vel quouis alio recipere neq; ab id ipse Rector aut  
 dans homini sumam pecuniarum in perjurium incidente de quibuscumq; autem pecu-  
 niis minime possit Rector aliquid consumere nec in propriam nec collegij utilitatem  
 donec in archa recta a dno fundatore in constitutione 18 dispositum est reponant et si  
 contrarium a Rectore factum esse contingat in reatum periurij incidat nolumus  
 etiam aliquem in perjurium aut excommunicationem incidere propter commissio-  
 nem vel transgressionem declarationum seu determinationum visitatorum et ita  
 eisdem visitatoribus prestatem inponendi perjurium aut excommunicationem ali-  
 cui de collegio insuis determinationibus scilicet quas in fine visitationis scriualis

relinquerint caliter adiimimus. vollumus preterea quod collegiales tempore  
visitatio non teneantur dare cedulas visitatoribus sed ore proprio visitatoriis  
ea qua in collegio reformanda fuerint nuntient et ea visitatoribus manu pro-  
pria scribant.

De Observantia horum statutorum

Decimum statutum ordinamus et statuimus ut hac nostra immo verius apos-  
tolica statuta in concusse obseruentur quod omnes collegiales et capellani tam  
presentes quam futuri sint antequam recipiantur iurent in missali aperto per  
sacra Dei euangelia et intemeratam Virginem Mariam se inviolabiliter ob-  
seruatusos has nostras constitutiones et numquam in sui derogationem erunt siue  
perse vel aliam interpositam personam neq; perlitteras apostolicas neq; per alias  
quamcumq; viam neq; ab eorum obseruatione desistent neq; relaxationem inq;  
iuramenti petierint quantumq; aliqua persona sine ipsorum obseruatione  
eos molestare intenderint et si forte aliquis collegialis vel capellanus tam rae-  
cus quam recipiendus has nostras constitutiones iurare noluerit aut defere sibi  
meritum intenderit aut in iurando excusationes aliquas afferat ipso falso  
omni iuri quod ad collegium habet sit priuatus et Rector et consiliarij expulsi-  
onem non exequentes sint reatu periuri et excois obnoxij et si forte visitatores  
tempore visitationis aut extra presumperint hac nostra statuta revocare aut  
annulare aut non obseruare in penam excois late sententia incident et ipsorum  
mandatum in hac parte nullo modo teneantur et si quis collegialium aut capel-  
lanorum super hoc obtemperare voluerint protinus de collegio omni cunctatione  
post posita irremissibiliter expellatur per Rectorem et consiliarios et si forte (qd'  
absit) maior pars collegij aut omnes absq; timore animarum in tali revocatione  
obedierint praeceperimus preter penam periuri et excois maioris in quam incident  
ipso facto teneantur in foro conscientiae ex illa boni restituere collegio quicquid debo-  
nis ipsius consumperint donec ad obseruationem horum statutorum simpliater  
omni fraude remota reddierint sed et dominos visitatores observamus ut intempore  
visitationis ita intendant in obseruatione horum statutorum sicut in obseruatione

sta.

statutorum R<sup>4</sup> domini magistri Roderici dummodo talia statuta his nostris  
 non contradixerit aduertantq; domini visitatores quancum protemporis qualita-  
 te comodi honoris praeminentia dignitatis exhibitis paucis statutis collegio consurgat  
 et supercrescat qua in gubernatione sui sacri collegij condidimus circunspexi-  
 mus et secundum R<sup>r</sup> ipsius et utilitatem praeculis semper habentes quid foret  
 utile et necessarium pro administratione sui collegij sanctæ Mariæ de jeso  
 quorum tutela freti ea quæ instituimus ad ipsorum laudem et honorem que  
 Rectori et collegialibus et capellanis tam in presenti existentibus quam insu-  
 turis subpernis supra positis seruare mandamus.

**V**nde in diuinum statutum consulentes tam animarum saluti quam suuus sacri  
 collegij administrationi et perpetuæ gubernationi volumus et mandamus,  
 quod omnia statuta quæ R. dñs magister Rodericus declarationes etiam  
 et sententiæ visitatorum tantum rigoris et retineant quantum dominus funda-  
 tor et declarationes habere permittimus quod voluimus intelligi in illis dicita-  
 xat que his nostris statutis non contradicunt etniusmodo obuiare videant  
 et omnia periuria censuræ excommunicationes et quævis alie penæ perduerūz  
 fundatorem taxatae suum vigorem penitus obtineant nisi in illis locis in qui-  
 bus talia periuria executiones et censuras et penas irritasse et nullum valorem  
 habere volumus in his nřis statutis quæ omnia statuta in collegij Sonorem  
 et utilitam in perpetuum mansura aucte applica nobis concessa qua in Sac-  
 parte fungimur santisimus statutus approbamus roboramus pronuntia-  
 mus, promulgamus et declaramus secundum temporis qualitatem varię per-  
 fluentem in honorem Xpi Iesu et ciuis gloriosissima virginis Mariæ nřis qui  
 prosperum euentum ceptis tribuere dignetur quem speramus siquidem sub  
 tantis nominibus tam felix initium hæc sua domus asumpsit.

Statuta & const. studij et universitatis celeberrimi

collegij sanctæ Mariæ de jeso Hispani fundati à R<sup>4</sup> anno protonotario magistro  
 Roderico asanella editæ aucte applica per R. D. Mag. Alfonsum campos...

## Prologus.

In nomine sanctissimae trinitatis atque individualis unitatis patris et filij et spiritus sancti iesu Christo Redemptore nostro vero deo et vero homine qui via veritatis et vita est preuius ad eius sempiternam gloriam et sua reipublicae christiana immarcessibilem fructum diuinae eius genitricis Mariae semper virginis cum omnibus celestis patria ciuibus sufragantibus Alfonso campes artium et sacra theologiae doctor et magister Archidiaconus de almuniecar in alma ecclesia gran tensi per literas felicis recordationis domini Iulij Papae secundi et bona memorie R<sup>d</sup>. domini protonotarii magistri Roderici a sancta ella nominationem in testamento ab eodem ultime condito quae omnia plene in hoc continentur volumine ad infra scripta commissariis et delegatus apostolicus universis et singulis Rectori ac consiliariis collegialibus collegij sancte Mariæ de Iesu Hispani fundato a memorato domino magistro Roderico a sancta ella ceterisq; magistris doctoribus licentiatis bachelariis scolaribus atq; eiusdem collegij officialibus et studiis et reliquis omnibus, quos haec statuta tangunt vel tangere poterunt in futuris salutis et apostolicorum obedientiam mandatorum. Cum nihil in haec vita præstantius ac libero homine dignius reputari debeat quam in humanis actionibus id quod rectum et honestum est retinere ne virus quisq; in sua noxia desideria noxiæ prolabatur sicuti diuina atq; humana Jura proclamant idq; viros potissimum diuino cultui mancipatos et studijs liberalibus ac bonis artibus intentos seruire deceat atq; obcam causam ipsos præordinatis legibus et statutis construimus ac gubernari consentaneum sic ut nobis persuasum atq; indubitatum esse non dubito eosq; vos tales q; se credo et futuros spero qui ceteris exemplum boni operis rectamq; viuendi normam prestare possitis. Haec vobis statuta et constitutiones tradidimus minime distulimus quas quidem santiendo declaramus et declarando sanitinus qua propter vos ad eas humiliter suscipiendas atq; iniuiolabiliter custodiendas vexementer exortor quos ut melius exequi curetur nos predicta auctoritate apostoli obsequio et Christi religione amplianda pro via etiam et communis utilitate atq; huius almae universitas.

leone.

decoro ac facultatum studiorum congregationum personarum officialium  
et deniq; procerorum omnium adea quoquomodo pertinentium bonoregimi-  
ne diuturna et prospera gubernatione easdem condidisse vobis intimamus huma-  
nitatem restram per usura dñi nri jesu xp̄i in quibus visitauit nos oriens exalto  
in super obsecrantes et propter obedientia debitum atq; meritum vobis et cui libet  
vrum eadem auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte prcipientes atq;  
singulariter singulis sub pena excois apostolice latre sententie mandantes qua-  
tenus contra formam ipsarum nihil attemptare aut facere presumatis nec ullo  
modo attemptari aut fieri patiamini sint aedem constitutiones a nobis editae de-  
cem et octo numero in quibus dño principaliter intenduntur primi siquidem hoc  
est in prima constitutione de studentium reela intentione agitur indecem et sep-  
tem sequentibus de eorum utili prosecutione que singula qualia sint suis locis  
proponemus.

### Constitutio. I. Descolarium.

*Intentione atq; fine.*

Cum finis boni honestiq; rationem obtinens sit posterior in acquisitione de-  
qua in sequentibus statutis et prior in intentione de qua in presenti sermo est atq;  
omne agens propter finem ceteras mouentem causas agere videatur cum de finem  
potissimum esse causam verissime concluditur singula enim ad finem ipsas meliori  
referuntur ipso existente duplii primo videlicet et ultimo sive mediato et imme-  
diato qui quanto vltior in acquisitione ficerit tanto in intentione prior esse de-  
bet quare cum ultimata vltimus rerum omnium finis ad quem omnia per quem  
facta sunt tendunt solus Deus gloriatus existat isquidem ut fas est et licet primus  
et principalissimus in intentione sit aliquem velut sagitantis signum cogitationes  
verba et opera nr̄a bona interquæ etiam bonarum artium studia numerantur  
studiosissime debemus dirigere postmodion vero ad alios qui infra ipsum Deum  
constituti sunt fines acquirendo et diligentiam et operam exhibere ienim omnes  
ad bene beatag; viuendum conferunt atq; in omnibus que approbatæ sunt disci-  
plinis facilime cognoscantur nam utriusq; iuris peritia ut omnia sumatim ac-

leuiter præstingamus circa illud maxime versatur ut institutis ac documentis in-  
eadem facultate tradditis ad diuina obsequia præparemur et improborum ac fau-  
nororum hominum audacia confuscatur liberales vero atq; ingenuæ artes natu-  
ralisq; scientia creaturarum notitia ut ipsis mediantibus creatoris quoq; cognitio  
sabeatur perfectissime promodulo suo traddunt medicinam humani corporis va-  
litudinem quomelius deo famulemur considerat t. Ecologia tamen sacra et su-  
blimis ad summum Deum intelligendum diligendumq; in quo uiuimus mone-  
mur et sumus quo primo cuncta mouetur in motu miro ac penè incabili modo  
conducit qua propter cum a fine omnia denominari liqueat constaretiam que  
modum ad eum qui finis ultimatus est omnium peruenire toto cognati  
ac viribus evitendum sit quo sumo bono incomutabilisq; ac ultimo fine  
qui verissima sapientia est habito cum res perfecte dicantur eoq; habeant finem  
necessitatem hisq; ad ipsum inponentem quin cunctarum scientiarum faculta-  
tes imo et cetera omnia nobis sic satis superq; peractis adiiciantur bona nemo cunc-  
tabitur qua in re illud est sumopere evitandum ne ad hoc superbia aut aliquo alio  
vicio in dociles nos præstiterimus aeterni. artuorum impudentem sint prædisposito  
unde superbis resistit Deus humilibus autem dat gratiam et præstat parvulis sapien-  
tiam que etiam humilitate adiusta est ut simus omnes docibiles dei ediuersa tamē  
in malebolam animam non intrabit sapientia sed postq; fuerit ingressa peribit  
siquis ergo sapientia indiget ipsam adeo postulet qui omnibus affluent tribuit  
et penitidabitur preparato tamen vidimus quia dñs sit et ipsi præparentur cogi-  
tationes est tamen et ipsi sapientie semper adhibenda charitas tam ut habeaturq;  
ut habitam neq; aliqui inflet charitas n. edificat et multitudinem opperit peccato-  
rum haec nos à malis trahit et charos Deo reddit haec plenitudo legis et finis pre-  
cepti est ab hac vniuersa lex pendet et prophetæ hanc tandem virtutum maximam  
cumqua omnia et sine qua nulla efficiuntur bona solùmodo perfecte mansuram  
in celesti patria omnes alacriori animo in quantum vires suppeditant superomnia  
cumpleteamur.

const.

Constitutio.ii. quod gradus ordinate recipiantur et cursatio et cursatio praecedat et.

Super his quæ ad bonum suum insignis et celebrandi collegij et universitatis  
spectantia atq; adiam dictam præparationem sequentia sunt libenter prouidere  
volentes statuimus ut in eodem collegio in quo cum opus fuerit gradus concedi  
ac recipi debent nullus supremus gradus ut potest magistratus aut doctoratus ali-  
cui conferantur nisi prius in ea facultate in qua magistrandus vel doctorandus est  
licentiatur gradum acceperit nec licentiatur gradus dari possit nisi baccalaureus  
in eadem scientia præcesserit nec ullus in sacra theologia aut mediana ad baca-  
lariatum promoueatur nisi prius in artibus baccalarius extiterit in nulla et  
facultate quisq; ad baccalariatus admittatur nisi cursus suos legitime compleue-  
rit et electiones audiuerit atq; ut id melius et cōmodius fieri possit præsentis consi-  
titutionis tenore mandamus ut penes notarium in cuius præsencia huiusmodi gra-  
dus conferendi sunt et qui eorumdem alium instrumenta et priuilegia confectu-  
rus est sit liber matricule in quo omnes qui cursus suos facturi sunt ab initio cursu  
scribantur neq; prius quam scripti fuerint aliquis cursus recipiatur quia cursa-  
tio tantum adie talis inscriptionis inaperedebet et nullum modo prius, ante vero quā  
prædicto modo scribatur coram Rectori eiusdem collegij ac consiliarijs se presen-  
tent qui eos qui in artibus versaturi sunt et in iure canonico et ciuili acse indulta  
matricula scribere voluerint perse vel per alios quibus negotium istud cōitten-  
dum decreuerit in grammatica latina plene examinentur et non aliter in dicto li-  
bro seu matricula quilibet scribatur quem si in eadem latinitate idonum  
ac sufficientem se esse constiterit et habitu honesto scholastico quo permasurus  
est appareat et hac nr̄a statuta obseruanda iurauerit quod sitalis repertus fue-  
rit facto iuramento de Rectoris obedientia cum demum et consiliarij predi-  
cipit ipsum in libro seu matricula scribi notario præcipiantsta ut dies actus gesti et  
mensis et annis in scriptis ex parte ponatur cui quidem notario et collegij arce-  
atq; nuntio seu bedello predicta scriptione sive matriculatione nouem miriadū

pecuniam equaliter inter se diuidendam qui scriptus fuerit porrigit. Si quis  
vero in theologia vel medicina cursare voluerit ut ad primum gradum s. baca-  
lariatum possit promoueri modo scriptus modo non scriptus antea fuerit sed  
denuo in ea facultate scribere teneatur dum tamen in artibus baccalaureus  
prius existat atque id deconsensu Rectoris et consiliariorum sine alio fiat ex-  
amine persoluetque scriptus artem notario et collegij bedello promissa pecunie qua-  
titate sicuti anobis dictum et constitutum est atque Sac ipsa matriculatio quolit  
anno in principio studij fieri sed sol tantum erit dictae summe medietas  
praedicto modo diuidenda atamen si matriculandus beneficiatus fuerit  
in matriculatione pecuniam duplicitur si vero constitutus in dignitate vel  
ecclesia cathedrali canonicatus triplicabit cuius assignatio seu diuisiō modo  
et forma praetaxata fiat.

Constitut. III. quod nullini si approbatx uitę et opinionis  
atque idoneo conferantur gradus et ei qui annos requisitos impleuerit et de tempor  
lectionum annuatim computando et quando principium fiat.

P raterem sancimus et statuimus sub excusis pena ultraperiūrum aequo infe-  
rius dicendum est constitutione. 6. ut nulli flagioso aut prauo seu infami aut  
notorio facinoroso homine nec sufficientiae et idoneitatis debitae defectu facienti  
ad gradus quem ipse cupit legitimam receptionem additus pateat nec illo  
modo liceat promoueri quod etiam in his qui cursus suos minime adimpleue-  
rint locum habere censemus ac volumus cum omnibus requisitis secundum nos-  
trarum constitutionum tenorem. Item sub eadem pena nulli idoneo et a predic-  
tis impedimentis immuni qui cursus suos peregerit pensata semper qualitate per  
sonae gradus denegetur. Tria igitur ad cuiuslibet gradus receptionem necessaria  
requiriendasunt vita probitas doctrina siue sufficientia et cursus magis autem  
et minus ita attendantur prout ipsius gradus et facultates in qua conferendus  
est ratio seu qualitas exegerit ita videlicet ut ad supremum gradum recipienduz  
maior vita honestas et sufficientia exigatur quam ad quemcumque alium ipso

In se.

inferiorem et in tricologia plusq; in alijs facultatibus similis forma seruetur et ne  
 quid dubitationis emergat circa tempus cursandi. Soc declarare volentes quemad-  
 modum intelligendum sit dicimus quod ille intelligatur per annum cursusse.  
 aut legisse qui annum integrum seu maiorem partem cursauerit aut legerit  
 anni autem cursum et lectionum continui esse debet vel saltim in ipsis nobilis  
 absentia siue interrupcio fiat adeo ut tantundem. aut plus studij lectionis de-  
 perdant in interruptione quam in partibus temporis continuati receptum fuerit  
 circa vero anni determinationem ac successu australiarum universitatum colle-  
 giorum studiorumq; approbatam non immixto sequamur consuetudinem  
 decernimus ut publicatione praecedente lectionum et studij atq; consequenter ipsi⁹  
 anni principium quinto decimo calendas nouembris. Soc est decima octaua octo-  
 bris in fasto sancti Luci lucide feliciterq; semper quotannis fiat finis quidez.  
 sexto idus septembris idest. 8. eiusdem in fasto nativitatis Beati Simae semperq;  
 virginis Mariae tempus autem intermedium seu quod superest usq; ad initium al-  
 terius anni. Soc est ad festum beati luci vacatio erit in quo etiam principio dñi fun-  
 datoris persona vel saltem ipsius anima comendetur. Soc tam quod de principio et  
 fine lectionum constitui mus tam diu valere decernimus quandiu in præclarissi-  
 ma ista urbe studium generale non fuerit quod si Deo duce fuerit atq; utinam res  
 ista in effectum reducatur et diuino famulatu preparata sit tunc volumus studij  
 generalis fermam et consuetudinem in collegio isto seruari seq; in his dicto stu-  
 dio generali prouiribus conformare præcipimus quemadmodum et in alijs bo-  
 nis moribus fieri debet cum stultum sit nolle aquocumq; bona discere.

### Constit. iii. de baccalariatu in iure ciuili.

et canonico et de juramento praestando et de soluzione designoribus offerendis ante  
 receptionem graduum et diligentia ad legendum requisita.

**I**tem si quis ad gradum baccalariatus in iure canonico recluuli velit promoueri  
 debet se coram Rectori et consiliariis collegij presentari probareq; se per quinque  
 nium integre aut maiorem cuiuslibet istorum annorum partem audiuisse et cur-

sasse sic vel in aliquocumq; studiō generali suie miuersitate et potissimum  
elaborasse in ea scientia in qua prætendit baccalaureatus gradum obtinere si  
tamen sic audiuerit iuramento sui præceptoris eius sufficiētia probetur et si  
in alio generali studiō audiuerit Rector et consiliarij suiū collegij ipsuē exa-  
minent per se vel per aliam personam cui hoc specialiter demandare voluerint  
et postq; predicto modo examinatus fuerit baccalaureandus persoluat omnia  
quaē predicti gradus receptione soluenda sint aut saltem pignora auri vel ar-  
genti deponat predictis expensis sufficientia idemq; facient omnes qui quoāq;  
gradu cuiuscumq; facultatis decorandi fuerint. quaē pignora in erario seu  
capsa collegij reponantur donec de predictis postmodum vero delicencia Rec-  
toris et consiliariorum quinq; lectiones totidem diebus in ea facultate publi-  
celegat quibus perlectis fiat fides Rectori et consiliarijs quod eas perlegerit de  
inde Rector facultatem dabit ut gradus sibi concedatur præstito tamen prius  
iuramento in manibus Rectoris presente notario et consiliarijs de predicto col-  
legio adiuuando et honorando eidemq; fauendo quo adiūs fieri posuit et nō  
alibi quam in dicto collegio gradus superiores accipiāt nec sibi aut rebus suis  
ullatenus aduersabitur et expensas extra ordinarias non alit̄ faciet quam ut  
infra dicetur constitut. s. subeadem forma reliqui omnes quoāq; gradu aut  
facultate promouendi sunt iurare teneantur obtenta utaq; licentia a Rector  
vt dicimus baccalaureandus addeat lectorē collegij qui tunc cathedram pon-  
tificij juris tenuerit eoz cathedrē insidente baccalaureandus faciat orationē  
in qua sumiliter ad gradum promoueri petat peractaq; petitione dictus lector  
et cathedralius sibi gradum conferat qui in concepcionē dicit se auct̄e applica.  
Sui collegio concessa et delicentia Rectoris hoc facere idem in cuiuslibet gradū  
concepcionē fiat quod cum finitum fuerit decendant lector ē cathedra et no-  
nus baccalaureus ascendat ibiq; lectionem quamda' eiusdem facultatis le-  
gat ad libitum vel saltim legere incipiāt et tandem ad gratiarum actionē  
procedat cui imposito fine descendat ē cathedra dictumq; lectorē qui gradus  
sibi

sibi contulit addeat et debitum illi obsequium securuerentiam exhibeat quæcum  
soluere tenetur in dicta facultate pro gradu accepto vel accipiendo sunt haec col-  
legij erario seu capse ducatum nummum aureum exhibeat et lector catheدرæ à  
quo gradum sumpserit eiusdem ducati dimidium et aliud tantumdem bidel-  
lo notario vero pro instrumenti confectione quod pergameno scribendum est  
aliud dimidium soluatur ita ut ipse notarius teneatur prodicta quantitate.  
id totum facere quod ad suum officium pertinet et instrumentum scriptum et  
publica manu confectum in pergameno impendere. Item desinulis cursibus  
quos dictus promouendus aut promotus peregit probauerit dimidium re-  
galis impendet quod inter collegij archam notarium et bedellum postea equa-  
liter diuidatur similiterq; in singulis annis lectionum quæ in licentiatura exi-  
guntur dimidium illud regalis præstaturetiam inter archam notarium  
et bedellum proportionaliter persuas tertias ut dictum est diuidendum præte-  
rea quicumq; ad licentiature gradum capescendum persuas cursus lecturæ  
est debetq; primum à Rectori et consiliariis licentiam obtainere pro qua in pri-  
mis soluat octo regalia duo pro capsa collegij cetera vero sex inter Rectorem con-  
siliarios notarium et bedellum equaliter diuidenda.

### Constitutio V. delicentiatura in iure canonico:

vel ciuiili et de prohibita subornatione et denimia impensa extra ordinari cui-  
tanda.

**I**tem præcipimus ut quicumq; voluerit in iure canonico vel ciuiili licentiatu-  
re gradum accipere et rigurosū subire examen quam primum Rectori colle-  
gij et consiliariis se offerat cum cathedralico iuri pontificij quem sibi ex eodem  
collegio patronum siue patrinum accipiat quibus intentionem suam mani-  
festare debeat et coram ipsis perduos vel tres testes probare se in isto vel in alio ge-  
nerali studio per trienniū spatium minus continue vel saltē per maiori-  
rem ciuiuslibet istorum annorū partem in illa facultate legijs vel pro quo-  
libet horum annorum prædictis literis sic siue in aliquo studio generali

per annum cum diuinum opere deadi se atque curasse et felicitime natum velle.  
igitur in eum qui etiam testes demoribus et vita eiusdem iurati et seorsum ex-  
aminati deponant declarantq; sub eodem juramento utrum sciant quod licenti-  
andus aliquos a collegio sobornauit aut pratio conduxit vel aliquid eis vel aliquo  
ipsorum promisit quod sit aequaliter legitime probatum fuerit sic sobornati aut con-  
ducti nullam decetero facultatem habeant in gradibus concedendis et officio ex-  
aminandi priuentur et ipse graduandus numerus in hoc collegio illum aut aliud  
gradum accipiat super qua subornatione ipse graduandus etiam iuret praeterca-  
nisi talis licentianus sufficientia nota fuerit Rector duobus doctoribus decorpore.  
collegij atque eiusdem facultatis examinatoribus tentatiuam committat qui dicto licen-  
tiando singulas conclusiones ex diversis locis vel materijs praebant quibus ipse persua-  
sum 24. Horarum prouideat et praefixo termino coram dictis doctoribus Rector et  
consiliariis in collegio compareat qui secrete ipsum tentent et unusquisque contra  
conclusionem quam sibi porrexut arguat ita quia saltem cognitio de eius suffi-  
cientia habeatur postea dicti doctores Rectori et consiliariis denuntient in absentia  
ipsius licentianus utrum idoneus sit ut se examinari sumittere debeat praestito ab eo  
juramento super hoc. et si minus idoneum eum repererint Rector et consiliarius do-  
nec idoneus sit negotium deferant idque secreto et separatim fiat nequid inde infi-  
mius subsequatur si tamen idoneus fuerit promouendus deposita pecunia vel datis  
pignoribus et praestito suramento sub forma prescripta in praesenti constitut. et in fine  
istius Rector et consiliarius predicti statuam sibi diem et horam ad receptionem facien-  
dam quam publice facere debeat ex materia et loco quem ipse maluerit et aliquas  
conclusiones eliciat quas ipse licentianus ab bachelareis seu licentianis impug-  
nare seu instare volentibus defenda nullus tam in doctorum qui cum examinatu-  
ri sunt publice arguat postmodum vero inde quapro promouendus elegerit mos saltem  
doctore presente decorpore collegij ad hoc deputato et sumo mane spiritus sancti mis-  
sa in primis recitata Rector et consiliarius sibi duo puncta siue sectiones assignent ex di-  
uersis locis et libris eiusdem facultatis videlicet ex libro decretalium et decreto in fore  
can.

canonico et ex digesto veteri et Codice in iure ciuili prout aperte libris fortuitu-  
 nerit et inde licentiandus eligat partem quam voluerit notariusque eadem sumet  
 in notis et copiam ipsorum bedello dabit quam rursus bedellus alijs doctoribus qui  
 dictae assignationi non affuerint defferat presentibusque dabit notarius ut dicti doc-  
 tores materiam praevideant et instructi et preparati sine sequenti autem die eadet  
 hora qua punctionum assignatio fulta fuit veniat licentiandus et sectionibus suis  
 per lectis coram Rector et doctoribus predictis nusquam illorum doctorum or-  
 dinate et dicta eius impugnet doctor tamen ille qui fuerit dicti licentiandi pa-  
 trinus s. cathedralicus nec opponeat nec vocem habeat in examine postquam sa-  
 tis oppositum et responsum fuerit licentiandus inde recedat et tunc notus mihi  
 cuique doctorum exhibeat duas literas maiusculas vel A. R. incedula quadam  
 scriptas quae approbationem et reprobationem signat unaque earum literarum di-  
 uisa sit altera saltus hoc modo. A. R. cum Rector doctoribus sub pena pres-  
 titi iuramenti imponet ut iusticiam et aquitatem praeculis habeant ita ut si  
 predictus licentiandus sufficienter idoneos et licentiaatura satius dignus sibi vi-  
 sus fuerit ipsum approbent si autem non idoneus et indignus reprobent quo fac-  
 to singuli eorum secreto singulas mittant literas in capsulam vel pilum que  
 Rector in manibus habere debet rupta illa litera prius coram omnibus que suo pro-  
 posito ac stigie repugnauerit altera tamen seruata ut in capsulam predicto modo  
 mittatur cumque Rector et omnes collegerit videantur ab omnibus singule et regu-  
 lentur et maior numero siue parti earum literarum stetur quod si equalis fuerit  
 numerus literarum. A. et R. pars illa in quam Rector consenserit vel qui ipsius  
 vice gradum concessuisse est qui in tale casu solum habeat vocem promotori parte Sa-  
 beatur praesito prius ab omnibus doctoribus iuramento quod eam paritatem vocis  
 seu rotorum et sententiam, vel eius vicem gerentes celabunt. et si amatori parte docto-  
 rum reprobatus fuerit hoc secreto et occulte dicatur notario qui etiam secreto illud  
 promouendo notificet ne sequenti die veniat gradum petiturus et si omnes vel maior  
 eorum pars ipsum approbauerit mittatur ad eum notarius idemque sibi referat ut se-  
 quenti die et ad eandem horam veniat ut gradus sibi conferat atque in dicto termino R.

et doctores examinatores conueniant et præmisſa oratione seu petitione quaz  
verbis latini et ornatis licentianus faciat Rector vel alius qui vicem eius tenuerit  
propter ipsius absentiam vel defectum sibi gradum licentiatur publice con-  
ferat sitamen Rector aut vice Rector in eius absentia gradus concederit dicatur  
autem aplice Suic collegio concessa hoc facere si vero aliis eius vicem habens ad  
Soc puto patrinus cathedralicus concedat dicat se autem aplice et delicta  
Rectoris concedere idemq; in omnibus alijs graduum conceptionibus seruetur  
dictum est in constitut. 4. et si aliquo vel aliquibus contradicentibus approbatus  
fuerit dicat concedens ab omnibus approbatum esse et si nullus contradixerit di-  
cat ultra Socnemine discrepante idemq; in priuilegio vel instrumento scribatur  
meminerit tamen Rector et in eius absentia vicerector soli cathedralico siue pa-  
trino vicem comittat et ex causa urgente et necessaria et tunc patrinus suam tm  
portionem seu propinam habeat rector autem siue Rector nullam omnes tam  
suusmodi actus et conceptiones graduum in collegio isto sanctæ Mariæ de Iesu  
fieri debent in loco quem Rectorem consiliarij intra idem collegium ad hoc des-  
tinauerit recepto gradu fiat gratiarum actio anouo licentiate latine sermo-  
ne bene composita sicuti parq; expense ab illo facienda sunt hac praterquod de-  
lectionum annis dictum est constitutione 4. collegio offerat quatuorducatos au-  
ri in archa eiusdem collegij recondendos Rectori vnum ducatum et dimidium  
alterius de quo habeat qualibet consiliariorum vnum regale Patrino cathedrali-  
co alterum ducatum cum dimidio singulis doctori qui examini interfuerint  
non tamen pluribus quam sex singulos ducatos absentibus nihil exhibeat no-  
tario et bedello singulos ducatos refectorio uno pro extra ordinarijs caribus salujs  
aut fructibus vnum ducatum itaq; erit tota huius impense moderate et ordinarijs  
suma. > 6. ducatorum ad plus poterit tamen esse minor si pauciores fuerint ex-  
aminatores dummodo non sint infra tres patrino etiam inter hos est numeratio coq;  
modo duodecim aurorum summa erit sed ut Socnus modo in contemptum veniat  
ne principali accessorio minus sit et ob alias causas quibus in presenti mouetur  
santimus et volumus ut tam in isto quam in alijs gradibus inferioribus aut su-

perioribus cum graduandus deposuerit pecuniam vel pignora pro expensis ut dictum est superius constitutione. 4. coram Rectori et consiliariis et notariis iuret quod si quo cumq; quesito colore plures expensas extraordinarie quam ordinarie fecerit eo ipso ordinarias expensas iterum soluent in eadem quantitate in qua prius taxatae anobis et moderate sunt et intra collegium et memoratas personas predicato modo diuidentur nam ex quo ipse propter immoderatas expensas abeo factas locupletior reputatur quam reliqui graduati qui nihil aut parum extra ordinarie expendunt dignum est ut ordinarias expensas in duplo soluat nec cum personis indigentibus in expensis ordinariis paritatem habeat qui in extra ordinariis sic in paritatem eligit.

## Constitutio VI. de doctoratu in iure canonico uel ciuili:

**Q**uiscumq; post licentiatam vellit ad doctoratum promoueri in iure canonico vel ciuili accedat cum cathedralico collegi atq; ipsius doctorandi patrino ad Rectorem et consiliarios et petat ab eis ad doctoratum admitti qui si in collegio isto vel in alio studio generali factus fuerit licentiatus benemeritus imo optimemeritus et non aliter nec fuerit aliquid quod sibi obstat ut potequod infamis effectus sit vel notorio animi ritio laborauerit res eius opinio grauata fuerit aut scientia eius desperita et id genus alia suie aliud huiusmodi interuenierit in primis deposita pecunia vel datis pignoribus et iuramento prestito in favorem collegi ut sepe dictum est excepto illo denon accipiendo alibi superioris gradus loco cuius iuret quod non concensiet ut alium concedatur gradus nisi prout ista statuta promiserit que etiam se seruaturum iuret ne aliquid plus accepturum quam in ipsis taxacum est quod voce sua nec ulli cam ante promitteret nec post manifestauit et secretum congregacionis celabit ipse quemnam in dicta facultate Rectori et consiliariis atq; examinatorebus offerat et postriduum Rector tandem questionem sibi publice proponat quam doctorandus determininet postmodum examinatores aduersus ipsam arguant siquies ex his arguere seu obuiare vellit quibus respondere non tentur atq; iis publice solemniter gestis doctorandus potest gradum et insignia doctoralia a Rectori seu eius vicem habenti oratione latina coram ipso habita

qui sibi per aliam breuissimam respondeat orationem et gradum ei conferat et  
illa doctoralia inservia quibus doctores illius facultatis in predicto actu decorati  
sunt deinde Rector atq; omnes doctores huiusmodi actu assistentes deputati  
tamen ad hoc successuac dictum doctorem ad osculum pacis recipiant scilicet  
non in isto vel in alio generali studio sed alibi factus fuerit licentiatus is non  
aliter ad doctoratum admittatur quod si prius cursibus suis suic annis sectione  
legitime probatis in isto collegio rigoreso examini se sumiserit et cetera adim-  
pleruerit quae ad gradum licentiature assumendum necessaria sunt quibus re-  
te expeditis poterit sibi doctoratus praedicta forma conferri expense autem quae  
pro huiusmodi gradu acquirendo fieri debet pares omnino sunt illis quae in gra-  
du licentiature fiunt similiq; modo collegio ex personis de quibus in precedenti sta-  
tuto diximus applicentur et insuper Rectori examinatoribus duobus collegiis ca-  
t sedrat collegialibus omnibus notario et bidello chirotecas cuilibet s. vnum par-  
dabit omnis doctorandus et si pauper vel diuies collegialis vel non collegialis exis-  
tat et doctoratus in omnibus et per omnia seruetur id quod in gradibus iuris cano-  
ni et ciuilis statutum est redendo singula singulis hoc tamen excepto quod ad bac-  
calariatum tres cursus sufficient ad licentiaturam vero duo Baccalaureandusq;  
in logica et philosophia quinq; diebus licet intermissionem aliquam fecerit quinq;  
lectiones publice legat et semel in predictis facultatibus conclusiones prius publi-  
catus publice sustentent et deniq; alectore cat sedram theologiam Regente baca-  
laureus efficiatur licentiando autem licet in illis duobus annis quibus in ar-  
tibus vel in Philosophia legeret in theologia vel medicina cursare non tam in  
ambabus simul facultatibus s. medicina et theologia erunq; punctas sibi signan-  
da vnum in libris posteriorum relata parte logica Aristotelis alterum vero  
punctum in libro posteriorum vel in philosophia naturalis alia parte eiusdem phi-  
losophi prout casualiter aperto libro redditum est const s. erit autem quastio ab  
eo dicenda propter fieri acquirendo moralis in omnibus tamen ipsis et singu-  
lis gradibus expensis liharie erunt prodnidia parte caru que in gradibus su-  
ris canonici et ciuilis fiunt negotiis magistrorum chirotecas conferre habet.

**Constitut. VIII. de baccalaureatu licentiatura et doctoratu.**

*In medicina*  
**I**n gradibus quoq; in medicina conferendis idem modus seruabitur qui in iuriis canonici ac ciuilis gradibus seruandus est præterq; quod baccalariando in dicta facultate postq; in artibus baccalaureus factus fuerit duo cursus aut anni suffici-  
 legetq; ipse et conclusiones substantabat toties quoties in artibus legendum et substen-  
 tandem est ut baccalaureatus quis efficiatur lectorq; collegij qui cathedram tenuer-  
 it sibi gradum concedat licentiandus autem in tribus annis lectionum post  
 baccalariatum requisitis ad licentiaturam practicabili et exercebili per se vel cum  
 alijs practicis medicis eadem sententiam aut saltem per quatuor menses in quo  
 libet anno continuos aut non continuos socest interpolatos rsum curandi habebit  
 puncta autem sibi assignanda erunt in libro Regni Galieni et libro Anphorismorum  
 Hippocratis vel libro Avicenæ questio autem que doctorando proponenda est me-  
 decinalis erit expense omnes eodem modo fiant quo in gradibus iuriis canonici et ci-  
 uilis fieri debet.

**Constitut. IX. de baccalaureatu et licentiatura et ma-**

*in Theologia*

**S**acre Theologiae gradus gratissimi atq; probatissimi sub forma et quantita-  
 te expensarum concedantur qua in iure canonico et ciuili prout dictum est constitutio-  
 nibus quarta et quinta et sexta sequentibus duntaxat exceptis primo quod proba-  
 tio facienda super vita moribus et doctrina promouendi sit plenior et cvidencior q;  
 quem in alijs facultatibus fit et plures testes in duplo recipiantur tamq; in remagis  
 necessaria et ponderosa secundo quod baccalaurando in ea facultate duo cursus  
 siue anni sufficient postquam in artibus baccalaureus fuerit lectionesq; ad hoc re-  
 quisite sunt decem quas totidem diebus publice legat publice et conclusiones theologicas  
 simul teneat quas ex diuersis materijs sumere debet easq; primo per triduum antede-  
 bet publicare in collegio isto et in alijs omnibus que in Sacra lma urbe fuerint in monas-  
 terijs etiam et in alijs locis ubi Theologia legi consueverit et volentes arguere arguant  
 contra ipsas dummodo baccalarij sint in artibus et Theologia idemq; licet in volentibus fa-  
 cere liceat et religiosi omnibus quamvis graduati non sint et lector collegij cathedram theo-  
 logie regens sibi gradum sicutusmodi conferat sed quia aliqui precipue religiosi volunt

recipere gradum baccalaureatus qui formatus dicitur aut presentatus vel presen-  
tatura in theologia ideo si quis voluerit ad hunc gradum admitti ultra id quod  
fecit cum baccalaureus praedicto modo factus fuerit opportet ipsum per unum an-  
num legisse in ea facultate qui annus recipiatur et computetur in annis tribus  
lecture pro licentiatura habenda ac etiam pro omnibus predictis sufficiat baca-  
lariando sive presentando legitime probare se leguisse publice magistraliter sa-  
cram theologiam per tres continuos annos vel cuiuslibet ipsorum maiorem partem  
vel ut quorundam religiosorum mos est qui tri anni non computabuntur in Socia-  
tu ad licentiam recipiendam atque ut talem aequatur gradum lectionem ruram.  
publice faciat et conclusiones sustenter que ante triduum modo praedicto publica-  
sint Rector autem si voluerit aut lector cathedralis theologiae collegij de Rectoris li-  
centia istum gradum concedet cum pilei impositione que in alijs baccalariatibus  
non fiunt cruntque expense totidem vel eadem cum illis que facienda sunt in baca-  
lariatu ante dicto in eadem scientia sed prolectionum annis et pro licentia ad le-  
gendum quam habuit vel habere debuit soluet ulterius ut dispositum est constitu-  
tione. 4. tertio licentiandus in repetitione quam faciet duas saltim conclusio-  
nes teneat in theologia itemque duas in artibus et philosophia quas ante triduum  
publicauit eomodo et locis quibus superius diximus et lectione perfecta casus pre-  
dicto modo sustentabit ita ut repetitio protinusatur pro spatio unius horae disputa-  
tio vero per spatium duarum horarum si fuerint qui vellint instare. Item. 4.  
signatis duabus lectionibus magistri sententiarum in primo et tertio libro vel. 2.  
et quarto statim licentiandus infra tres horas de bideillo et singulis lectionibus  
singulas conclusiones quas bedellus Rectori dummodo theologus sit vel philosophus  
atque examinatoribus singulis deferat licentiandusque in examine substantet exa-  
minatores aut ordinate instabunt atque integri et perfecte licebit etiam uniusque  
vulenti examinotorum non solum contra praehabitas conclusiones sed etiam contra  
eiusdem licentiandi in expositione punctorum dicta arguere. Item vero licentiandus  
qui non fuerit in sacris constitutus antequam recipiat gradum publice ac solemniter co-  
ram notario et docteribus totius congregationis eiusdem tamen facultatis iuret se or-  
di-

dines sacros infra annum recepturum sine illa dispositione neq; ra vtetur quo-  
ius quesito colore aquocumq; habeat neq; magisterij gradum petet aut recipiet do-  
nec in sacris constitutus fuerit notariusq; hoc iuramentum innotescimat scc  
vero magistradus debet in sacris constitutus esse alioquin ad magisterium mi-  
nime admittatur neq; sibi ullatenus conferatur item septimo et vltimo juravit  
juxta formam quam tenentur iurare doctores ut dictum est in constitutione et  
se impugnaturum pro virili et aperto Marte si opportuerit quemcuq; hereticum aut  
errorem sive heresim sique aduersus nrām sanctissimam fidem vel bonos mores  
suborta fuerit idemq; omnibus viribus facere procurabit et si opus fuerit per seipsuz  
aut interpositam personam aut nuntium seu epistolam sanctissimo papa ac Regi  
castelle et legonis dno nrō nunciabit et pro sui iuramenti ampliori firmitate  
ac certitudine probabit saltem perduos fideles testes sinumq; extra sacram fidem ca-  
tholicam vixisse nec circa ipsam aliquomodo vltempre suspectum extitisse prete-  
rea immediate antegradus petitionem ipse sens in cathedra et publice questionem.  
vnam in theologia dicat sicuti in doctoratibus uiris canonici et ciuilis facienduz  
decreuimus.

## Constitutio. X. quod congregations facultatum

*et* sedebent et quocunque persone in una quaq; illarum et desupplendis defeltibus earumdem  
P reterea cum quinq; sint facultates in quibus gradus recipi debent relicta princi-  
pibus laureat̄ poetarum cuiusmodi sunt theologia iuscanonicum ciuile medici-  
na et artes ordinamus et constituumus ut totidem sint examinatorum congrega-  
tiones poterunt tamen decongregatione artum esse qui theologia et medicinae fuerint  
dummodo magistri in artibus sint neq; septenarium numerum excedant hi enim om-  
nes magistri aut doctores futuri sunt in omnibus quinq; congregationibus atq;  
in collegio isto graduati qui eo ipso quod ibidem graduati fuerint sue facultatis co-  
gregationis erunt incorporati aut saltim erunt in istis congregationibus aliqui incor-  
porati de quibus inferius dicetur constitut. 11. et nemnia impensa fiant pluresqua  
septem non erunt et neparuasit auctoritas non pauiiores quam tres sed quia propter  
extrancorum concursum qui quotidienerint ad hanc egregiam ciuitatem ut gradum

magisterij vel doctoratus recipiant plures forsam quam septem in eadem urbe  
multorum repetiri posset, dubitari qui istorum examinationis officium habitu-  
ris int̄ tali casu precipimus ut antiquiores preferantur ad hoc ut examinationi ce-  
terisq; actibus intersint et rocentur ad eos et debita salario si s assignata statutis  
percipiant debet tamen antiquitas eorum qui in collegio isto graduati fuerint ob  
eo tempore considerari quo ipsi gradum acceperint in incorporatis vero at tempore  
quo dicto collegio se incorporauerint sūt alij minus antiqui doctores ultra septem  
qui futuri sunt huiusmodi actus inter se velint id sibi licere volumus dummodo  
nullum inde stipendium aut salarium recipiant nisi sua sponte et merolibere  
graduandus aliquid sibi impendat quod tamen publice et non occulte fiat sicuti  
cum alijs septem doctoribus faciendum est si ex graduatis in dicto collegio vel in  
corporati usq; ad tres non fuerint reperti in ista urbecum extra ipsam nullus ad hoc  
queri debeat sanitius et statuimus ut Rector et consiliarij possint accipere et acci-  
pient ex dicta urbe usq; ad tres relinquens magistros vel doctores illius facultatis  
in qua gradus conferendus est sim modo ipsis digni atq; idonei nisi fuerint si que  
examinatoribus quo occurserint intersint cumq; ad hoc vocati fuerint iurent se uite  
ac fideliter vocem suam sive sententiam datus in examinatione ut in constituciō.  
dictum est et si doctores vel magistri non reperiuntur possint licentiati aut bachelau-  
rei in ipsorum locum admitti et ceteris paribus collegiati non collegiatis et antiqui-  
ores minus antiquis in hoc praeferantur.

## ¶. Constitutiō. XI. de magistris et doctoribus

*que in singulis quinq; congregationibus incorporandi sunt atq; pruandi et;*

**I**tem statuimus et volumus ut simulcum magistri sive doctoribus dictarum  
quinq; congregationum alij magistri seu doctores quicumq; voluerint possint incor-  
porati dummodo id faciant omne quod in gradu licentiature illius facultatis in  
qua incorporantur faciendum est juxta constitutiones nostras sitamen in studio ge-  
nerali factus fuerit magistrus aut doctoer lectionis publice sive repetitionis et conclusio-  
num vel secreti examinis et rigores tantum remissio et gratia sibi fiat ita quod non  
amborum sed alterius eorum soluti repetitionis reexaminiis et hoc ad votum et dic-  
tum

tionem ipsius incorporandi suam remonstrans et docens existat et reputetur  
item nullus incorporatorum prosola incorporatione soluat siue expendat plus  
quam dimidium impense quae fit in licentia eius facultatis in qua in-  
corporatus fuerit quod proportionabiliter atque modo quo ibi expressum est diui-  
detur Item dictus incorporandus iurabit juxta formam qua alij doctores vel ma-  
gistri in isto collegio graduati iurare tenentur ut in constitutione 6 et 9. dicti  
est Item ut superius tetigimus quo ad sessiones et precedentias sua congrega-  
tione seruentur preminentie et antiquitates habito respectu ad incorporationem  
et non ad receptionem gradus alibi accepti Insuper volumus et mandamus ut  
lector regens cathedralm theologicam et lector regens cathedralm iuris canonici eo  
ipso quod lectores sint talium cathedralium pro incorporatis habeantur dum le-  
gerint in congregatione suarum facultatum licet magistri aut doctores non fue-  
rint et quilibet eorum semper sit unus exceptum intercessentibus in gradu receptio-  
nibus et si eorum antiquitas hoc minime depescat Item precipimus ut nullus  
magister aut doctor dictarum congregationum possit earum offici priuari nisi  
gravis excessus aut causa subsit in pote infamie aut per iuriis aut si quid agra-  
duandis illicite prpter facie statuta reperit velquid simile euenerit et tunc Rector  
collegij de consilio consiliariorum et doctorum seu magistrorum sue congregatio-  
nis vel saltem maioris partis ipsius dictum doctorem aut magistrum priuari et  
possit et debeat.

### ¶: Constitutio duodecima:

**V**otumnia honeste ordinateq; fiant santi mus et statuimus ut in precedentibus  
statuto dictum est in sessionibus et alijs exercitijs addictos magistris seu doctores per-  
tinentibus cum in actibus scolasticis conueniunt preminentiam inter ipsos ser-  
uari pro antiquitatibus suis atque codem modo in alijs paribus gradibus eiusdem  
facultatis cum temporis ordo inter graduatos in eadem facultate et gradu  
inspici debeat sed inter egales in gradu diversarum facultatum non secundum  
temporis et antiquitatis ordinat precedentia consideranda est sed potius secundum  
facultatis praestantiam et excellentiam atque is ordo hoc modo attendatur primo

enim loco Theologia 2: ius canonicum 3: leges. 4: medicina 5: artes collocentur  
Rector autem huius collegij qui caput totius vniuersitatis omnibus magistris  
et doctoribus quarumcumque congregationum et facultatum et religionis atque ha-  
bitus fuerint in omnibus huiusmodi actibus et exercitijs suis graduatus sic aut  
non merito preferri debet similique modo vice Rector in absentia Rectoris cum in  
cuius presentia minime possit quispiam vice Rector haberi qui quidem Rector  
seu eius vicem habens iuxta quinque nre constitutionis formam res aliquis ca-  
tedraticus decius licentia gradus in hac vniuersitate conferre poterit auctori-  
tate apostolica baccalaureatu duntaxat excepto ut in constitutione. 4. plenissi-  
me continetur atamen propter religionis atque habitus honestatem et prerrogatiua  
quia quamquam habitus monachum non efficiat tamen qualis habitus est tale  
eum inducum presumi facit statuimus ut religiosi et collegialibus suis paribus  
ingradu et facultate preferantur licet antiquiores non sint dicti religiosi aut colle-  
giales simili etiam modo Religiosi collegiales preferantur.

### Constit. xiii. d' salario dando lectoribus et praeminentijs

Quia Reuendus dñs protonotarius huius collegij fundator voluit ut duo essent ca-  
tedre in hoc collegio et in statutis ab eo dictis et specialiter in 23. Statuto expressu for-  
mam eligendi doctores dictarum cathedralium non tamen ibi certum illis salario  
constituit cum dignus sit mercenarius mercede sua decernimus et mandamus ut  
dictis lectoribus salarium ex redditibus collegij ac bonis tribuat ad cuius fructum  
et utilitatem dictae cathedre potissimum constitute sunt quantitas autem salary sit  
propterea Rectori et collegio bonum et equum visum fuerit quod per ipsorum sententias et  
voces decerni ac determinari debet sicuti in electione lectorum faciendum est suxta  
predicam dñi fundatori constitutionem consideratis omnibus que ad honorem vi-  
litatem ac auctoritatem istius domus et necessitatibus pertinentia sunt habito etiam re-  
spectu ad predicta domus abundantiam et defectum ac facultatem quoque lectorum habe-  
dorum et difficultatem et qualitatem personarum nominis bonitarum morum et doc-  
trine similiterque inter collegiales lectorum futurorum distinctio fiat et ceteris paribus  
collegialis non collegiali preferendas sit neque sibi tantum quantum non collegiali pro-

salario aut mercede constituendum est cum plus cōmoditatis ex collegio quia  
 non collegiatus recipiant habebuntq; dicti lectores praeminentias omnesq; sibi per  
 statuta dñi fundatoris conceperunt ac per ista nra similiter quibus etiam defini-  
 tum est ut modo in corporati modo non in corporati modo magistri aut doctores  
 non sint eo ipso quod lectores existant de corpore vniuersitatis collegij dum lege-  
 rint censeantur ita ut rector Theologus in Theologia et artibus et medicina propter  
 dictarum facultatum connexitatem et imitationem eoz modo lector iuris canonici  
 a iure canonico et ciuilis incorporatus intelligatur sintq; semper denumero pri-  
 morum septem qui etiam gradus baccalariatum indictis omnibus facultatibus  
 concedent exceptu baccalaureatu formatu quem Rector aut vicem eius habens  
 concedere potest suxta q. constitut. item lectores cathedratici surabunt id quod do-  
 minus fundator in dict. 23. constitut. mandauit ulteriusq; senon daturos alicui  
 gradum baccalaureatus aut etiam vocem suam siue sententiam pro aliquo licen-  
 tiando aut magistrando in partituros nisi prout istis nr̄is Imo apostolicis constitu-  
 tionibus permisum est quæ etiam statuta cum alijs omnibus jurabunt sicut om-  
 nes magistri et doctores graduati et incorporati iurare debent ut habitum est cons-  
 titutione. 6.

### Constitutio XIII. de notario et bidello collegij et vni-

*: uersitatis :*

**S**ancimus quoq; et statuimus ut in collegio isto studio unus apostolicus notarius  
 et bidellus etiam unus deputentur ad omnia quæ in eodem collegio et vniuersitate  
 facienda sunt que ad ipsorum officium spectent et unus quisq; illorum pro suo labore  
 et cura quam in suis que sui officij sunt debet impendere habeat et recipiat quod nr̄is sta-  
 tutis et constitutionibus est expressum erit unus quisq; dictorum officialium saltim.  
 grammaticus ut tamen ad scribendum privilegia et alia que gesta fuerint in dicto colle-  
 gio quam ad aliquid proponendum in scolis et congregacionibus idonei sint debent et  
 elegi a Rectori et consiliariis et a collegio vel amaiore ipsius parte approbari qui omnes  
 prius de corum habilitate ac vita et moribus plene certificantur sint actus a scriptorij  
 vel chre confidencia bidellus autem colligatur boni aspectus et stature stucorpuscentia vir-  
 semper in actibus publicis presentiam eiusdem ad sebe opporteat quietiam cum lectorib⁹

et alijs quibuscumq; collegij officialibus manuales sint. Soc est qui adiuvantem Rectoris et consiliariorum a consensu tamen collegij aut maioris partis remoueri possint iurabuntq; dicti officiales notarii s. et bidellus quem admodum et alijs fidelitatem et sui officij secretum segminime prosui officij cura et opera recepturos aliquid plusquam nr̄is constitutionibus permittitur neq; quoque modo quempiam subornabunt aut se subornari ad subornandum patientur. Nonc q; istius collegij et utilitatem omnino seruatores.

**Const. 15. de officialibus & alijs quibuscumq; in peccato manifesto vel notorio statibus:**

**N**e sapientiam vincat malitia precipimus ut in ista sapientie domo et uniuersitate nullo modo peccata publice comitti aut perpetrari siue in his permaneant ulla officialibus aut rerum suorum curam exercentibus quibus persuasum sit et certificatum quod siquid tali adorii fuerint hoc est dicere si inpeccato publico vel notorio sint eo ipso acura et officio quod in collegio habuerint remouerantur nec ad illud amplius possint admitti et si scolasticus fuerit sui scolaris decetere cursus eius non recipiantur abbaecalariatum et si baccalaureus fuerit ad licienciaturam recipi non possit nisi prius duo anni effluxerint quibus ipse atали criminis seu peccato abstinerit et vita eius in melius redacta sit ita renasceretur infamie supersit.

**Const. 16. defacultate dispensandi concessa Recto-**

**rj et consiliarijs in his quae constitutionib; istis decreta sunt:**

**I**tem cum omnes e quales simus nec interea quo ad praecedens meritum a deo atestante Jacob dilexi et Sau odio habui nec in celo quo adsequens primum Christus a servante in domo patris mei mansiones multe sunt cum viris generosis facin aliquam dignitatem constitutis atq; etiam cum suis collegiis collegialibus qui tempus ligatum aut cursus requisitos non habuerint ad hoc ut promoueri debeant dum tamen debitam sufficientiam et idoneitatem habent tam in scientia quam in vita et moribus erandem Rector simul cum consiliarijs in uno anno solum si in cursu cum eis dispensari in gradu licentiature vel baccalaureatus ita ut cum uno in uno tantum

gradu non induobus dispenset nec sibi iafacere liceat nisi predicta causa idoneitatis et sufficientie probata sit quo ad omnes gradus perque necessariorequiritur dabitq; graduandus predicta anni dispensatione collegi arcelduos ducatos aureos cum ceteris indicto cursu nullo dispensa. nigrus pro collegij area loco predicatorum duorum quinq; aureos soluerit. item poterunt dispensare in tribus annis lecture in iure ciuili ut duo admittantur in iure canonico et in lectura iuris canonici admittantur duo iuris ciuiliis propter conexitatū istarum facultatum sc̄e cum omnibus collegialibus istius collegij dispensetur ut nom amplius quam dimidiam expensarum quas reliqui non collegiati in gradibus recipiendis faciunt soluere et tantur idq; intra collegium Rectorum examinatores notarium et bideclum proportionabiliter diuidantur prorata eius quod alias sibi persoluendum erat si collegiati non essent eoq; modo collegium pro cappellanis suis quatuor nec non dealijs in futurum forsam adhibendis impensam faciat hoc etiam huius collegij famuli quadrienni expensarum taxatione in recompensatione sui servitij gaudeant hoc scilicet modo ut nullus statim famulus soluat ultra dictate expensarum reluti de collegialibus est expr̄s. Item cum indigentibus personis prout sue paupertatis qualitas requisiuerit etiam dispensetur in expensis pro aequalitate gradibus faciendis dum tamen ultra tertiam partem eius quod regulare diffinitum et taxatum est in alijs constitutionibus dispensatio non procedat ita s. quod pauperior administrus soluat duas tertias partes communium expensarum a nobis alias taxata

Const. 17. quod Rector et consiliarij collegij atq; uniuersitatis totius sint perpetui executores istarum constitutionum

**C**um frustra leges et constitutiones sanciantur si ipsarum executio et obseruatio desit et ubi non est gubernator pplic coruert salus autem ubi multa consilia constituiimus et precipimus ut Rector et consiliarij qui nunc sunt et erunt pro tempore istius collegij omnium istorum statutorum perpetui executores existant et sint faciantq; ea in omnibus et per omnia seruari et ea quam primum iurare reantur eaq; in Rectoris absentia vice Rector et in consiliariorum defectu alij substituti collegiales iuxta formam. 30. constitut. istius collegij predicto modo executores

Habentur qui si in aliquo has nostras constitutiones tangente discordes fuerint ita  
quod maior eorum pars in unam sententiam non venerit: adiungant sibi in unum  
aut plures istius collegij collegiales antiquiores tamen et si adhuc inter se dissenserint  
ut maior pars non extet tunc toti collegio proponatur negotium et maiori  
partis aut numeris sententia res decidatur prout in causis arduis et grauibus fieri con-  
suevit quae per statuta eiusdem collegij et a maioris partis consensu definienda  
sunt et illud tandem faciat quod maior pars approbauerit ad quorum omnium exe-  
cutionem et efficacem efficientiam dicti Rectori et consiliariis auctoritatem et facul-  
tatem sicuti domini fundatoris determinata voluntas fuit in testamento ab eo usi-  
mate condito per hoc nostram statuta plenissime concedimus cum omnibus quae ad hoc  
expediendum necessaria et pertinentia annexa et connexa dependia etiam emerge-  
tia sunt multa sunt quidem in quibus leges et statuta expresse cauere non possunt et  
plura sunt negotia quibus lex imponitur que vocabula neque leges nec senatus consulta  
ita scribi possunt ut omnes casus que quando acciderint comprehendantur non non  
possunt omnes articuli sigilatim aut legibus aut senatis consultis comprehendendi cir-  
ca tamen hanc executionem peragendam praedictorum Rectoris et consiliariorum  
conscientiam oneramus ut curam dicte executionis specialem habent etiamque diligenter  
exerceant in quantum vires eorum suppetunt ita ut omnia que nostris statutis co-  
tinentur efficacissime complecantur sed si (quod absit) aliquid contra hoc facere pre-  
sumperint aut quicquam mali fecerint aut ipsorum incuria omisso fuerit in tali  
casu velim us dictos Rectorem et consiliarios ac quoscumque alios ultra penam ex-  
communicationis maioris quam incurvant ipso facto similitia aut rebellione sua  
acciderit per dominos istius collegij visitatores visitationis sue ordinarie tempore  
castigari et compesci non tamen in alio tempore hoc fieri liceat nisi periculum sit in  
mora aut magna necessitas insurgat et quem minus bengesta fuerint adictis Rec-  
tore et consiliariis atque alijs ipsi anni visitatores reformati et emendati si res ipsa re-  
formationem et emendationem patiatur habeantque singuli duorum visitatorum pro-  
curia et opera istius visitationis particularis cui sollicite intendere debent cum gene-  
raliter collegium ipsum visitauerint tres ducatos ita ut ipsi duo sex ducatos au-  
tere uero collegij sibi dandos recipiant de his que ex gradibus concedendis atque

alijs actibus vel alium de sibi praescita fuerint et Deus in celis longe copiosorem mercedem alijs tribuat.

**Constitutio xvii** et ultima per quam commissarius hic  
probatis statutis servat sibi facultatem et apostolicam commissariam.

Et quia omnia statuta ad Dei honorem et fiduciam utilitatem in perpetuum manu auctoritate apostolica nobis concessa qua in hac parte vtimur sanctimus statuimus approbamus Roboramus pronuntiamus promulgamus et declaramus atamen quia sepiissime varietate temporum et animarum leges canones et statuta variari oportet nec non circa determinata et constituta dubitationes quae declarationem indigent aliquando emergunt et alijs multis de causis nostrum animum ad id mouentibus ordinamus et statuimus eadem apostolica auctoritate nobis concessa qua in hac parte fungimur siquid dubitationis circa haec nostra statuta acciderit vel correctionis aut deductionis interpretationis additionis diminutionis aut cuiuscumque alterius in eis opus fuerit ad nos pertinere reseruantes nobis eadem auctoritate apostolicam nobis concessam quae in præsentibus statutis condendis et declarandis finiuimus nec explicuimus sed prosequendo incepimus et incipiendo prosequuti sumus et ideo per earum promulgationem ipsam protestatem ac facultatem nobis minime ad imimus tamquam exhaustam aut finitam et determinatam sed insuis vigore et labore permanere sanciendo declaramus ac declarando sanitus et tandem reluti diuine retributionis mercenarius licet indigenus operis excepto fine qua exiit apta probat harum decem et octo nostrarum immo potius apostolicarum constitutionum finem in finium fine facimus in quo principiorum principio earum principium iecimus qui est etiam sine principio principium et sine fine finis. Alphac et O. frinus in personis non tres deus sed unus Deus benedictus in secula seculorum Amen.









This image shows a severely damaged and stained document page. The paper is off-white with numerous dark, irregular stains and smudges. At the top, there is a large, illegible signature or stamp that appears to begin with "G. B. G. & Co." Below this, the word "RECEIVED" is faintly visible. In the center, there is a large, dark, rectangular smudge that obscures several lines of text. To the left of this smudge, the number "10" is written above some illegible handwriting. To the right, the date "JAN 22" is partially visible. Further down, the number "61" is written next to some more illegible text. The bottom portion of the page is mostly obscured by a large, dark, irregular stain.

CHURCH